

optimæ, vt postea videbitus, nunc tamen nobis defensuere non possunt, quia supponunt vt iā probatum, esse in rerum natura Deum, hoc est ens quoddam infinita perfectionis in essentia, & natura, quod nondum nos probavimus, sed solum esse per se necessarium, vt pote ex se habēs esse.

Et ob hanc fortasse causam non defuerunt ēt ex Catholicis, & Theologis qui dicent nō posse demonstrari Deum esse, vt Petrus de Aliazo in 1. q. 3. art. 2. & 3. vbi primum nititur responder ad demonstrationem qua probatur dari aliquod ens a se, & increatum: sed nihil dicit apparet aut verisimile, cui respondere oporteat. Deinde ait, si ceterum concedatur demonstrari esse aliquod ens a se non tamē demonstrari illud esse vnum tantum & ideo nec demonstrari posse, Deum esse. Inquit autem quid, si ceterum demonstretur, vel admittatur dari vnum quoddam ens increatum, quod sit prima causa efficiens omnium que facta sunt, nihilominus non inferti evidenter illud esse Deum, quia inde non sequitur esse primam causam omnium que sunt, quia posset quis dicere, dari plura entia non facta, & inter ea dari aliud ens superius, quod licet non sit efficiens, fit tamen finis alterius entis increati: & eadem ratione fingi possent plura entia increata nullum ordinem cause inter se habēta, sicut sunt duo angeli, quos alii posuerūt entia per se necessaria. Et in hac opinione, si non posse demonstrari Deum esse, fuit ex auct. Rabbi Moyes lib. 6. in Philoiphia, ca. 6. & nonnulli etiam Philosophi, vt meminit D. Tho. 1. contra Gent. c. 11. & 12. & q. 10. de ratione, art. 12.

Alii vero, ex fundamento extremitate contrario, dixerunt quia non posse demonstrari Deum esse, quia id est per se notum. Cuius sententia videatur tuus Anselm in Prolog. ca. 2. & 3. & lib. contra insipientem. Et insinuat in Commentariis H. etymony attributis super lib. c. 36. circa illa verba: [Omnis bonus videtur Deum,] & super Psal. 95. in ea verba, [Correxit orbem terrarum, qui non com- monueceperit.] Fauet item Damatic. lib. 1. de Fide, c. 1. & 3. vbi ait, Dei cognitionem naturaliter esse hominibus inferat: sed hoc a S. Tho. suprad. & 1. p. q. 4. art. 1. ita exponitur, quod homini sit naturaliter in fermento aliquid, ex quo possit in Dei cognitionem devenire, & codem modo posset exponi Hieronymus. De Anselmo autem D. Tho. facetus fuisse illius sententia, quem sequitur est Abulensi. in c. 5. Exod. q. 2. Sed, quod hanc sententiam falsam etiam sic, confitabit ex discursu secessoris, vt in fine eius adnotabimus.

### Quæstionis resolutio.

**D**icendum ergo est demonstrari evidenter, posse illud ens quod est per se necessarium, esse fontem seu causam efficiētem rerum ceterarum, ac proinde esse tantum vnum. Atque ita evidenter demonstrari Deum esse. Vt intelligatur hanc assertio, & confutatio inter partes eius oportet supponere quid omnes intelligent nomine Dei: quanquam enim Deus propter suam simplicitatem, & infinitatem definiiri non possit, nec etiam exacte a nobis describi, qui imperfectè illū concipiimus, tamē vt de illo ratiocinati possimus necesse est saltu p̄a concepere, & p̄a supponere quid hac voce significetur. Oportet tamē in ex-

plicanda hac vocis significatione duo extrema viare, vnum est ne in tali descriptione ponamus omnes conditiones, seu attributa Dei, si quia alias nonquā posset concludi Deum esse, nisi prius demonstraretur omnia attributa Dei de aliquo ente, quod est contra omnium consuetudinem, & conceptionem: tum etiam quia multæ sunt proprietates Dei, quae multo difficultius cognoscuntur, quam quod Deus sit.

Aliud extrellum est, ne nomen hoc accomodemus cuilibet proprietati, quae Dei propria esse videatur, vt v.g. proprium Dei est esse inter omnia entia maximè dignissimum: dicunt ergo aliqui nomine Dei nihil aliud significari q̄ em per festissimum omnium. Sed hoc non satis est ad rōnem seu significationem Dei declarandā nam etiam si quis fingeret, tantum esse in rebus hunc mundum corporeum, & in eo cœlum, vel hominem esse nob̄issimum omnium entium, nō statim existimat cœlum aut hominem esse Deum huius mundi, nisi alias Dei proprietates in eis esse crederet. Similiter attribui potest Deo q̄ sit prius motor cœli, non tamen proprieť recte dicit nomine Dei solius significari primum motorē cœli, vt talis est: quia si nihil aliud haberet quam esse primum motorē cœli, non ideo Deus esset. Et idem dico de hoc attributo, quod est esse ens necessarium, aut ens a se, quia hoc est attributum per se sumptum, non satis est ad explendum concepium quod nomine Dei significare intendimus. nā ut paulo antea dicebam, si plura essent entia per se necessaria, nullum illorum effet tale ens, quale nos significare intendimus noī Dei. Significat ergo hoc nomen quoddam nob̄issimum ens, qđ & reliqua omnia superat, & ab eo tanquam a primo amore reliqua omnia p̄cedunt, quod proinde, vt supremum numen colendum est ac venerandum: hic n.c. est vulgaris, & quasi primus cōcepitus quod oēs de Deo formamus, audito nomine Dei. Et ideo ad demonstrandum Deum esse, non fas est ostendere, dari in rerum natura ens quoddam necessarium, & a se, nisi est probetur illud esse unicum, & tale, vt sit fons totius efficiēt, quo p̄cedit, & illud recipiunt omnia, quae ipsum esse quoquo modo participant. Hor autem demonstratio, sufficienter ostendit Deum esse, nam reliqua eius attributa, quae cum huiusmodi ente necessariam connexionem habent, postea demonstranda sunt.

Affertioq; sit declarata non solum vera, sed etiā certa. Theologis visā est, vt doctrinam Aliac, erroris damnant. Et non immērto, nā pugnat cum finia Pauli ad Rom. 1. [Quod moē est Dei manifestum est in illis: Deus n. ipsi manifestavit.] Vocat autē notum Dei, id quod naturali lumine de illo innoteatē pō, quod fatētē operat etiā manifestū est, nam si hoc ignoretur, nihil profutus de Deo cognoscetur. Declarat autē hunc manifestationis modum, subdit: [Invisibilita. n. ipsius à creatura mundi, p ea quæ facta sunt, intellecta & conspicuntur; sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas, ita vt sim inexcusabilis, quia cum cognoscunt Deum, nō sicut Deū glorificauerūt.] Ex quibus verbis manifestē colligitur, talē posse cognitionē Dei ex creaturis haberi, vt hoīs inexcusabilēs reddat, si vel Deū esse nō assentiat, vel illum colere negligat. Quod autē illa cognitione in se sit euēdēs, nō vē ex illi verbis tā aperte colligi-

V.   
 Quantā certitudine i pre-  
 cedente affi-  
 tatione.  
 Roman. 1.

nam